Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 695
Quelle:
Copyright:

ti sunt &c. Est L. I. *Retract.* c. 3. quod statim excipit *Liber. I. Sancti Augustini de Ordine*, cujus initium: *Ob ordine* (ita male pro *Ordinem*) *Rerum Mi Zenobi* (hic omissum: *consequi ac tenere*) *cuique proprium, tum uero uniuersitatis* &c. Succedit L. II. ut edit. *cit.* T. I. *col.* 315.

VIII. *fol.* 148. *Incipit Liber Sancti Augustini De Magistro editus per Dialogum Ipsius. filiique sui Adeodati.* Initium: *Aug. Quid tibi videmur efficere uelle cum loquimur* &c. Extat edit. *cit. col.* 541.

IX. *fol.* 164. *Incipit Liber Eiusdem de Beata Vita.* Initium: *Si ad Phylosophię portum e quo iam in beatę uitę regionem* &c. Extat edit. *cit. col.* 297.

X. *fol.* 173. p. 2. *Incipit Retractatio Sancti Augustini in Libros de Sermone Domini in Monte. Per idem tempus de Sermone Domini in monte secundum matheum duo uolumina scripsi* &c. Est L. I. c. 19. cui fortassis Librarius *duo* illa *uolumina* subjicere parabat. Verum *Codex* hic explicit, qui commendari meretur cum ob probam lectionem, tum ob praemissas frequenter Opusculis *Retractationes*, quod et a praecipuis *Augustini* Editoribus factitatum vides. *Fol.* ejus *praevio* inscriptum est: *Donatus ab abbate*, quo loco *Michaelem* intelligere licet, de quo *Catalogus Weltenburgensis* apud *Hund. Metrop. Salisb.* T. III. *Ratisp.* 1719. p. 335. f. ad an. 1418. *Postea suscepit Abbatiam in Mallerstorff, qui multos deportavit libros huic Monasterio.*

CCXXII.

Codex membraneus lat. Sec. X. Folior. 138. f. formae paene quadratae, eleganter exaratus, et optimae notae exhibet I. S. *Augustini* Ep. Hipponensis Scriptoris Sec. V. *Libros XV. de Trinitate. Fol.* 1. p. 2. praemittitur locus ex *Retractationibus* hos Libros spectans litera quadra miniata ita inscriptus: *Commemoratio huius Operis in Libro Retractationum ita se habet. Libros de Trinitate quae Deus est quindecim scripsi per aliquot annos* &c. Titulus sequentis Epistolae eadem forma est: *Incipit Epistola Sancti Augustini ad Aurelium Episcopum Aecclesiae Kartaginiensis. Domino beatissimo et sincerissima caritate uenerando* &c. *De trinitate quae deus summus et uerus est* &c. Singuli Libri Elenchum *Titulorum* prae se ferunt, mireque, si naevos quosdam excipias, concordant cum *Editione* PP. Maurianorum *Opp. S. Aug.* T. VIII. *Paris.* p. 746. Ad calcem legitur: *Finit. deo gratias ago.* Et litera quadrata: *Expliciunt Libri Sancti Augustini. De Trinitate. Numero XV. Amen. Feliciter.* 133 VI. C. 7

II. *fol.* 137. p. 2. haec comparet Inscriptio litera quadrata: *Incipit Liber Sancti Augustini Episcopi Contra. V. Hostium Genera. Id est. Paganos Judeos Manicheos Sabellianos Et Arrianos.* Initium: *Debitor sum fateor. non ne-*